

10349.

1793, 23.

PROCANCELLARIUS
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D

CATHEDRALIS ECCLESIAE MARTISBURGENS. CANONICVS CAPITULARIS
COD. PROFESSOR ORD. COLLEG. ICTOR. SENIOR, ACADEMIAE DECEMVIR

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA
PRAECLARISSIMI CANDIDATI
IOANNIS FRIDERICI HERRMANNI

I. V. BACCALAVR

ET CAVSARVM PATRONI

A. D. XXV. IVN. CCCCCXCVII

PVBLINE CELEBRANDA

INDICIT

1. ALEXANDER
2. AVGVSTINVS
3. C. JULIUS
4. CLAVDII
5. D. M. TITIUS
6. F. M. VESPASIANVS
7. G. M. VESPASIANVS
8. H. M. TITIUS
9. I. M. VESPASIANVS
10. J. M. TITIUS
11. K. M. VESPASIANVS
12. L. M. TITIUS
13. M. M. VESPASIANVS
14. N. M. TITIUS
15. O. M. VESPASIANVS
16. P. M. TITIUS
17. Q. M. VESPASIANVS
18. R. M. TITIUS
19. S. M. VESPASIANVS
20. T. M. TITIUS
21. U. M. VESPASIANVS
22. V. M. TITIUS
23. W. M. VESPASIANVS
24. X. M. TITIUS
25. Y. M. VESPASIANVS
26. Z. M. TITIUS

ELECTORVM

CAPVT II.

De negotiatione, quae accipiendis, custodiendis et transmittendis mercibus alienis exercetur, (vulgo vom Speditionsandel¹).

Quisquis magnam et amplam exercet mercaturam, suaque merces, seu venditas seu vendendas, in loca etiam dissipata mittit, ille opus habet hominibus, qui has merces² in via iis locis, per quae vehuntur, ab aurigis aut nauticariis accipiant, aliquamdiu seruent tandemque viuterius transmigrant. Quicunque alii has operas praestant, hi ipsi negotiationem aliquam (*den Speditionsandel*) exercere dicuntur, vulgoque Speditores (*Spediteurs*)³ vocari

A 2 solent,

1) Paucis facientia adnotarunt
C. G. LUDOVICI in d. Kaufmanns-
Lexico Th. IV. p. 2036. I A. LVN-
GIVS in d. gemeinnützigen. Lehrbuch
der Handlungs - Wissenschaft p. 336.
E. C. WESTPHAL in d. Teutsch
und Reichständischen Privatrecht, Th.
I. p. 146. et nuper I. G. Büsch in

d. theoretisch-praktischen Darstellung
der Handlung in deren manigfältigen
Geschäften (Hamburg 1792.) Th. I.
p. 227.

2) Vulgo Speditions- f. Transfor-
Güter.

3) De origine verbi ita LUDOVIC
et I. c. Spediren, expedier oder spo-
dier,

IV

solent. Sed iam aliū recte monuerunt, illos quasi mercatorum auxiliatores propriam mercaturam haud exercere, sed aliis tantum in mercatura exercenda opem praestare atque auxilium, propterea quod mercium sibi transmissarum dominium haud nanciscuntur, nec ipsi eas aut emunt aut vendunt. Quandoquidem autem eiusmodi homines aut simili suo eriam nomine negotiantur, aut scientia artibusque mercatoribus necessariis instructi esse debent, si alii utiles operas praefare volunt, fieri solet, vt ipsi quoque, quamquam haud satis accurate, mercatores vocentur.

Neque vero difficile erit, hocce negotium ab ea mercaturae specie, quae alieno nomine alteriusque mandato exercetur (*von der Commissionshandlung*), de qua diximus in *Miscellaneor. lib. sing. cap. XX.* distinguere. Qui enim negotiationem procuratoriam exercet, reapse merces, haud quidem suo, sed alieno tamen nomine, aut emit aut vendit; is autem, quem *speditorem vulgo* vocant, non nisi mercibus alienis accipiendis, custodiendis rursusque alium in locum transmittendis occupatur. Fieri tamen potest, vt quis utrumque, de quo diximus, munus in se suscipiat. Finge enim, aliquem alterius mandato non modo merces emere, sed emtas etiam aliquamdiu custodire, tandemque ad mandantem transmittere; nonne is et mandatarii negotiationem procuratoriam exercentis (*eines Commissionairs*), et speditoris nomen ferre poterit? id, quod iam animaduerit I. G. Büsch l. c. p. 236.

Si

dier, heißt soviel, als die von fremden Kaufleuten an uns addresirte, aber nicht für uns bestimme Güter, entweder zu Wasser oder zu Lande, weiter forrsenden. Spediteur, spe-

ditör, expediteur, bedeutet einen Güterverfender, welcher die von fremden Kaufleuten an ihn addresirten Güter weiter an den Ort ihrer Bestimmung versendet.

Si quis iam quaerat, ad quod genus contractuum hocce negotium pertineat, ego quidem haud ambigo, reapse hic subesse mandatum, ideoque regulas mandato praescriptas, quoad eius fieri potest, hic quoque obseruandas esse. Quid enim speditor aliud agit, quam ut alterius mandato satisficiat, eiusque merces accipiat, custodiat vteriusque transmittat? Erunt fortasse, qui eiusmodi homines operam suam aliis haud gratis praestare, sed pro ea mercedem (vulgo Provision) accipere, mandatum autem gratuitum esse omnemque mercedem respire, dicant. Enimvero notissimum est, nec mandatum respire honorarium, quod quidem ei quoque, qui negotiationem procuratoriam exercet, solui a mandante solet. En verba VLPANI in l. 6. D. mand. Si remunerandi gratia honor interuenit, erit mandati actio. Quae cum ita sint, ego quidem eorum-haud facile subscriferim sententiae, qui hocce negotium ad similitudinem potius contraetus innominati do, ut facias, quam mandati accedere contendant.

Sed ne extra oleas vagetur oratio, I. quidem, cui haecce negotiatori mandari queat, II. quid eum demum facere oporteat, III. quaenam culpa ab eo praestanda sit, et IV. quid illi pro praefixa opera solui soleat? disquirere conuenit.

Ad I. quod attinet, equidem haud dubito, quin omnibus, quorum in fide mandans fiduciam ponit, huiusmodi negotiora mandari queant, nisi forte alicubi haecce libertas restricta, certisque personis ius eius generis mandato suscipiendo concessum fuerit; quod quemadmodum haud praesumitur, ita ab iis, qui eam in rem priuilegio sese gaudere contendunt, pro eo, ac decet, probandum est. Nemo autem, cui res suae curae sunt, eiusmodi mandatum facile

VI

dabit ei, qui haud posset notitia scientiaque ad isthaec negotia utiliter feliciter peragenda necessaria, itemque facultatibus destituitur, quibus damnum domino mercium datum resarcire queat.

Oportet autem eum, qui speditoris personam sustinere vult, 1) in qualitatem mercium ad se missarum inquirere, an felicit ita comparatae sint, uti esse debent et in litteris eum in finem datis descriptae sunt. Quodsi enim merces accipiat aut mancas, aut vitiosas, nec adhibitis testibus et, si opus sit, notario, protestando mercium domino iura ei competentia reseruarit, omne damnum inde ortum huic resarcire tenetur. 2) in rebus custodiendis omnem adhibere diligentiam, ne, antequam ulterius transmittantur, detrimenti quid capiant, eumque in finem sibi comparare horrea⁴⁾ fictionibus seruandis apta atque idonea. 3) res ulterius transmittendas eiusmodi concredere hominibus, quorum fides haud vacillet, quique damnum sua culpa datum datum resarcire queant. 4) super mercede transvectionis (*Frachtlohn*) ita pacisci, ne maiorem, quam necesse est, promittat aut soluat, sed talem, qualis etiam ab aliis solui solet. 5) in litteris transvectionis causa scribendis (*Frachtbrieten*) verum mercium indicare pondus veramque mensuram, ne fraus fiat vestigalibus fisicoque occasio res tanquam commissias occupandi sibique vindicandi praebatur. 6) iis, ad quos merces ulterius transmittuntur, hoc ipsum iusto tempore nunciare, quo curam earum habere sibiique eam in rem consulere possint. 7) merces acceptas aequae ac ulterius transmissas in rationes referre, nec non mandantem, quoties opus est,

4) I. e. aedificia ad quarumvis rerum mobilium custodianam destinata (Magazine, Niederlagen). Vid. A.

G. PAGENSTECHER de iure horae rerum, Lemgo: 1749.

est, de eo, quod scire ipsius interest, certiorem reddere.
 8) Nunquam non ante oculos habere, quod IMP. ait in
 §. 8. I. de mand. Is, qui exequitur mandatum, non debet exes-
 dere fines mandati, nec non PAVLVS in l. 5. pr. D. mand. Di-
 ligenter fines mandati cysodiendi sunt. Nam qui excessit, aliud
 quid facere videtur, idemque in l. 27. §. 3. D. commod. Vo-
 luntatis est, suscipere mandatum, necessitatis consummare. Ad-
 iuuari quippe nos, non decipi, beneficio oportet, et IMP. in l. 27.
 C. mand. In re mandata non pecuniae solum, cuius est certissi-
 mum mandati iudicium, verum etiam existimationis periculum est.
 Nam suae quidem quisque rei moderator atque arbiter, non omnia
 negotia, sed pleraque ex proprio animo facit, aliena vero negotia
 exactio officio geruntur, nec quidquam in eorum administratione ne-
 glectum ac declinatum culpa vacuum est, dudumque ante illos
 TVLLIVS in Or. pro Rosc. Amer. c. 38. In priuatis rebus si qui
 rem mandatam non modo malitiosus gesisset sui quaestus aut com-
 modi causa, verum etiam negligentius, eum maiores sumnum ad-
 misse dedecus existimabant. Itaque mandati constitutum est iudi-
 cium, non minus turpe, quam furti; credo propterea, quod qui-
 bus in rebus ipse interesse non possumus, in his operae nostrae vi-
 caria fides amicorum supponitur, quam qui laedit, oppugnat om-
 nium commune praefidum et, quantum in ipso est, disurbat vi-
 tae societatem. Non enim possumus omnia per nos agere; alias
 in alia est re magis utilis: idcirco amicitiae comparantur, ut com-
 mune commodum mutuis officiis gubernetur. Quid recipis manda-
 tum, si aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuersurus es?
 Cur mihi te offers, ac meis commodis officio simulato officiis et ob-
 stas? Recede de medio, per alium transigam. Suscipe onus offi-
 ciis, quod te putas sustinere posse, quod minime videtur graue iis,
 qui minime ipsi leues sunt.

Quodsi

VIII

Quodsi iam de culpa a speditore praestanda quaeritur, videri quidem posset, diligentiam maximam ab eo adhibendam, ideoque culpam etiam leuissimam luendam esse, propterea quod supra diximus, hoc in negotio reapsit subesse mandatum, vulgoque mandatarius ad diligentiam maximam obstrictus esse existimatur. At enim primo ABR. WIELING in *not. ad ALEX. CHASSANEI Paratitl. Iust. p. 211.* docuit, ex praescripto legum in mandato regulariter dolum tantum et culpam latam praestandam esse. Deinde fac, hoc nequam ita se habere, sed vulgarem opinionem veriorem esse, vel sic tamen non nisi diligentia media a speditore praestanda culpaque leuis luenda est, propterea quod huius generis mandatum hodie haud gratis praefari solet, sed speditori pro opera praefita honorarium solitum solvit; itaque hac ex re ad utrumque, et dominum mercium et speditorem, non nihil commodi redundant, in eiusmodi rebus autem ex notissimis iuris ciuilis regulis non nisi diligentia media praestanda culpaque tantummodo leuis luenda est. Vid. I. O. WESTENBERG in *Digest. Lib. XIII. Tit. 6. §. 52.* Atque in hanc sententiam etiam iudicauit Ordo ICtorum Halensium, vt refert E. C. WESTPHAL *I. c. p. 148.* Haud ingratum, spero, erit lectoribus nostris, integrum hic leguisse sententiae formulam, ita comparatam:

Dieweil der Fehler, woraus die Confiscation entstanden, sich nicht von den Beklagten, sondern von dem Herrn R. in Regensburg originirt, indem derselbe auf alle Fälle darinnen gesetzt, daß er die Reduction des alten Prager Gewichts allein in den Frachtbrieff gesetzt, welcher auf dem Zolle zwischen Regensburg und Ulm vorgezeigt worden, das alte Prager Gewicht selbst aber nur in dem Aviso bemerket, welchen der Zoll nicht einsehen können, er auch nirgends behauptet, daß er den Fuhrmann über sein

sein Verhalten bei dem Zolle instruiret, mithin die Gefahr der Con-
 fiscation schon vorhanden gewesen, ehe das Fass Wachs nach Ulm
 gekommen; sodann diesen Fehler der Hrn. von R. die Bekle zu
 präfieren nicht schuldig, da aus der Correspondenz zu ersehen,
 daß nicht Bekle, sondern die Prager Freunde oder Kl. diesen Spe-
 diteur erwählet, solcher auch vor Abfördung des Fasses an die
 Bekle wegen der ihm von Beklen gegebenen Notiz gewußt, daß die
 Spedition vor dem Kl. gefahren, Bekle selbst aber darinnen keinen
 Fehler begangen, daß sie das speditirte Fass in Ulm nicht weiter
 wiegen lassen, indem die artis periti nicht behaupten können, daß
 solches allemal erforderlich sey, und Kläger selbst in seinem Satz
 einräumet, daß in Ulm dieses Nachwiegen nicht allemal erforderl
 werde; und wenn auch unter den vorkommenden Umständen einige
 culpa auf die Bekle kommt, daß sie nicht nochmals wiegen lassen,
 indem sie die Differenz zwischen dem Aviso und dem Frachtbriefe
 attendiren sollen, jedoch dieses als eine culpa leuissima zu confide-
 riren, indem die artis periti selbst beweisen, daß die ältesten
 Kaufleute das alte Prager Gewicht nicht kennen, und die Bekle
 gewußt, daß das Fass auf den vorhandenen Frachtbrief bereits
 Zölle passiret, mithin sie keine Gefahr vermuten können, daß
 Speditionsweisen aber, als ein negotium bilaterale, den Spedite-
 teur allenfalls nur ad culpam leuem praestandam obligiret, zu-
 mal Bekle leugnen, daß ihnen der Waagezeddel, worin das
 Regenspurger Gewicht notirt gewesen, zu Gesichte gekommen, sie
 auch keine Fattur gefehlt: So erhellet nunmehr aus den Akten so
 viel, daß Kl. wegen des geklagten durch Confiscation eines Fasses
 Wachs erlittenen Schadens und der deshalb gehabten Kosten an die
 Bekle seinen Regres zu nehmen nicht besugt, sondern Bekle von
 diesem Anspruch zu entbinden und loszuzählen; es könnte und
 wollte denn Kläger, daß die Bekle den Regenspurger Waagezeddel
 würklich erhalten, und daraus das wahre Gewicht des Fasses se-
PO 2
N 7

X

hen können, binnen 4. Wochen erweisen, dessen genölle er, mit Vorbehalt der Gegen-Nothdurft binnen ebenmäßiger Frist, billig, und ergienge sodann ferner, was recht ist.

Potest tamen fieri, vt speditor non modo culpam etiam leuissimam luere, sed casum adeo praestare teneatur, puta si pacto eam in rem sepe obstrinxit, quod apud nos interdum eiusmodi faciunt homines, maioris nempe honorarii adipiscendi causa; quo quidem casu simul asscuratoris⁵⁾ personam induunt, periculumque in se suscepimus cum commodo inde sperato compensare debent.

Quantum denique ad honorarium speditoribus pro opera praesita solui solitum, I. G. Büsch l. c. p. 233. adnotauit, illud vulgo ita computari, vt speditori pro singulis centenis pretii mercium, quarum curam habuit, octo solvantur grossi⁶⁾; quod ipsum tamen pacto cum augeri, tum minui etiam posse haud dubitatur. Hic etiam locum inuenit, quod VPLANVS ait in l. 23. D. de R. I. *Hoc seruabitur, quod initio conuenit; legem enim contractus dedit.*

En tibi, L. B. primas huius doctrinae lineas, quas quidem ideo maxime ducere libuit, vt aliis occasionem hac de re vberius exponendi praeberem.

5) Vid. Traité des assurances et des contrats à la grosse, par B. M. EMERIGON, Paris. 1784. Plures, hoc qui pertinent, scriprores laudar I. BECKMANN in d. Anleitung zur Handlungs-Wissenschaft p. 125.

6) Verba Büschii sunt: Durch eine, so viel ich weiß, allgemeine Ueberblick hat sich der Lohn der Spedition auf $\frac{1}{4}$ p. C von dem Werth der durch den Spediteur beförderten Güter gestellt.

CAPVT

CAPVT III.

De modo procedendi cambiali interdum sine litteris cambialibus locum inueniente.

Totum hoc caput hominibus scribo de foro. Vos igitur, qui forum fugitis inuisaque vobis auersamini curiae limina, vos, inquam, oculos auertite!

Ius etiam sua habere paradoxa, a praescripto regularerum haud paullo aberrantia, iam alibi monuimus, monuerunt et alii, quorum scrinia hic expilare nec vacat, nec lubet. Quod autem de iure generatim diximus, idem de iure etiam cambiali signifikatione dici ex vero potest. Notissima iuris cambialis est regula, debitorem carceri haud esse tradendum, nisi datis litteris cambialibus, i. e. disertam cambii mentionem facientibus, constituto tempore debitum soluere promiserit. Haud quidem desuit, qui verbis etiam nonnihil diversis, sed eandem rem describentibus, fieri hoc posse contendere. Atenim falsa haecce opinio dudum ab intelligentibus reiecta est atque explosa. Quemadmodum autem, teste IAVOLENO in *l. 202. D. de R. I.* omnis definitio (i. e. regula) in iure est periculosa, nullaque fere invenitur, quae non interdum fallat suumque perdat officium, ita regula etiam supra memorata nonnunquam exceptione locum facit et delinquum patitur. Quod ne temere dixisse videamur, age, praecipuas, quae hue pertinent, species in medium profaramus, lectoribusque dictorum nostrorum fidem faciamus. Nituntur autem illae exceptions vel ipso legum praescripto, vel rationibus legum¹⁾, vel vsu denique et confuse-

B 2 tudine

1) Bene PET. VANDER SCHEL.
LING in Diatr. de *L. Rhod.* de iact. (L. B. 1722.) p. 14. „Haud semper
specialis quaedam lex consequentia-
legum

tudine, suffragante colore aliquo aequitatis legitime introducta.

Ac primo quidem loco hic memoranda sunt instrumenta, quibus adiecta est clausula cambialis, de qua haud inelegans I. F. RIVINI exstat diss. *Lips.* 1725. proposita. En verba *Ord. Rec. Sax.* §. 11. in *App.*

Was den Wechselproces anbetrifft, wollen wir es zwar noch zur Zeit dabei bewenden lassen, dass derselbe nicht allein unter den Kaufleuten, sondern auch gegen andre, so Wechselbriefe ausgestellt, oder sich nach Wechselrecht verschrieben, statt haben möge.

Frequentissime scilicet fit, ut haecce clausula adiiciatur instrumentis super emtione venditione, locatione conductione aliisque contractibus, concinnatis, quod si factum est, is, qui hoc modo sese obstrinxit dieque constituto haud soluit, aeque custodiae tradendus est, ac si litteras cambiales dedisset. Etsi autem eiusmodi instrumenta quodammodo, praecipueque ad custodiā debitoris haud soluentis quod atinet, vice cambii funguntur, caue tamen, generaliter eandem viam tribias clausulæ cambiali, qua ipsæ possent litterae cambiales; quod si faceres, magnum profecto errares errorem. Ita e. g. quod in *App. O. R.* §. 15. sanctum est, ad instrumenta clausula cambiali munita nequaquam pertinet, vt iam monuit RIVINV S. l. c. §. 26. Atque in hanc sententiam etiam iudicatum esse, testatur G. C. BASTINELLER in diss. *de confusione*, *Vit.* 1751. p. 34. En verba sententiae

Dieweil

legum probandis requiritur; verum dem regulis definitiæ deduci potest in mathematicis ex viis figuris sunt, ita quoque in scripto iure via demonstratione infinitæ aliae iis venire videmus."

XIII

Dieweil der 15te §. App. O. R. ausdrücklich von *indos-
firtten W. B.* handelt, in der Urkunde sub o aber das Wort
Wechsel ermangelt, und daß es dergleichen sein solle, darinne
nicht ausgedrückt, also auch selbiges dafür so schlechterdings
nicht geachtet, noch darauf zu Beklagtens Nachtheil die
Disposition gedachten §. 15. daß nämlich die ex persona
et facto indossantis herriührenden Ausführungen unzulässig, ge-
zogen werden kan, sondern Beklagtens incontinenti liquide
Ausführungen billig zu attendiren und er damit nicht erst in die
Wiederklage zu verweisen, immassen bewährter Rechtsleh-
rer Meinung nach ad formam cambii, daß die Urkunde
ein Wechsel oder Wechselbrief benennet werde, und dieses
Wort darinne stehe, von nöthen, und noch zweifelhaft ist,
ob die einer Schutteverschreibung infirrite Clauſel, die Zah-
lung nach W. R. zu leisten, welche zu einem ordentlichen
W. B. zu machen, oder selbiger außer der Verpflichtung
zum Personalarrest alle übrige Wirkungen eines wirk-
lichen Wechsels, indem das negotium cambiale, als res
singularis, strictae interpretationis ist, beizulegen hin-
länglich sei.

Mihi quidem isthoc non dubium, sed iure potius ne-
gandum esse videtur.

Haud magis ad instrumenta clausula cambiali munita
trahendum, quod de litteris cambialibus praecepit App.
Ord. Rec. §. 17. et 18. propterea quod hisce locis diserta
litterarum cambialium mentio sit, iuraque singularia et quo-
dammodo odiosa in debitoris incommodum nequaquam ex-
tendenda sunt. Facile autem haec difficultas poterit superari,
si eiusmodi instrumentis pacto contrahentium vera vis cambii
tribuatur, adiecta clausula.

B 3

Wie

XIV

Wie denn auch diese Verschreibung die Kraft eines wirklichen Wechsels haben soll,
quo facto ego quidem haecce instrumenta per omnia vicem
cambii obtinere nullus dubito.

Contraaria ex parte, quemadmodum vim cambii haud morantur exceptiones non num. pec. non adiectae causae debendi; ita eiusmodi exceptiones nec contra instrumenta, quibus adiecta est clausula cambialis, locum inueniunt. CONF. RIVINVS l. c. §. 5. et 12. Ceterum de differentiis inter litteras cambiales instrumentaque clausula Cambiali munita alia occasione vberius exponemus, iamque in viam, vnde pauculum discessimus, redimus.

II. Huc pertinent chirographa mercatorum (vulgo Billets, Handlungsbilgationen), vtpore quibus apud nos itidem vis cambialis quodammodo indita est Mandato d. d. 3. April 1683. vbi sanctum:

Diese ertheilte Bilette nun sollen in allen Stücken die Kraft eines instrumenti garantigati haben, und darauf gegen Handelsleute nach Wechselrecht, und dann ferner nach Anleitung des XXI. Tituls der Handelsgerichtsordnung §. Wenn aber etc. gegen andere Debitories aber und in andern Gerichten sonst executive verfahren werden.

Exemplum III. praebet Ord. proc. in iudicio mercatorio Lips. vstatu anno 1682. publicata §. 21. Verba huc pertinen-
tia sunt:

Wenn die Klage auf persönlichen Zusprüchen bestanden, soll wider Beklagten, sobald nur res iudicata vorhanden, nach Wechselrecht verfahren werden, doch daß dem Kläger freifliehe, sich zugleich in das verschriebene Unterpfand, oder sonst zu des Debitoris Vermögen verhelfen zu lassen.

IV. Haud

IV. Haud iniuria hic referre mihi videor, quod praecipit in Mandato anno 1776. propos. Wie es mit dem Wechselverfahren in dem Marggraftum Oberlausitz gehalten werden soll, §. 1.

Dass der Wechselproces unter Kaufleuten über derselben sowohl förmlich ausgestellte Wechselbriefe, als auch unter sich, oder an Fabrikanten auf sich, von der Publikation dieses Mandats ausgehende *Assignationes*, wenn schon in solchen das Wort *Wechsel* nicht enthalten, nicht minder gegen alle andere, so förmliche Wechselbriefe ausgestellt oder sich nach Wechselrecht verschrieben haben, fernerhin statt finden soll.

V. Ex praescripto quidem regulae creditor, cambio amiso, cambialiter agere nequit, sed seu culpam suam seu casum aequo animo ferre, modoque procedendi ordinario ius suum persequi debet. Aliud tamen vi Mandati modo alleg., §. 12. obtinet, quando aut debitor nomen cambiale haud insicciatur, aut creditor de iure suo, processu, quem vocant, ordinario docuit, praeteraque cautionem praefstat, solutionem debitori sine fraude fore. En ipfa Mandati verba:

Wenn ein Wechselbrief verloren worden, und der Schuldner sowohl der Schuld, als dass er über solche eine Wechselverschreibung von sich gegeben, geständig ist, oder der Gläubiger solches vorher per processum ordinarium erweitslich gemacht hat, so mag gegen den Schuldner zwar ebenfalls nach Wechselrecht verfahren werden, derjenige aber, so das Geld zu erheben hat, soll zuvor genugsame Kauktion, den Schuldner auf seine Unkosten gegen männlich dieser Post halber zu vertreten, zu bestallen verbunden seyn.

VI. Idem

XVI

VI. Idem fere iam antea, ad cambia trassata eaque amissa quod attinet, sancitum erat in *Ord. camb. Lips. §. 33.* his verbis:

Gleichergestalt sollt, wenn ein acceptirter Wechselbrief verloren worden, und der Debitor der Schuld geständig ist, wider denselben zwar ebenfalls nach Wechselrecht verfahren, derjenige aber, so das Geld einzuhaben, zuvor zu genugfamer Kautio[n], den Debitor auf seine Unkosten gegen möglichlich dieser Post halben zu vertreten, angehalten werden.

VII. Quodsi trassans remittenti litteras cambiales spe pretii illico soluendi tradidit, remittens autem postea haud soluit, trassans quidem modo procedendi ordinario contra remittentem agere tenetur, simul tamen, deficiente licet cambio (quod vulgo einen Interimswechsel vocant), vt contra remittentem cambialiter procedatur, petere potest. Ita sancitum in *Ord. camb. Lips. §. 26.*

Wenn zween allhier ein Wechselbrief, an einem andern Orte, auf Sicht oder nach Dato zu bezahlen geschlossen, und der Aufnehmer des Wechselbriefes, nachdem er solchen empfangen, oder auch bereits verstandt, dem Ausgeber nicht promte Satisfaction dagegen leisten wollte, so kan der Ausgeber wider denselben nach Wechselrecht verfahren.

VIII. Vulgo notum est, trassantem, cambio haud acceptato ideoque facta protestatione, ad cautionem in futuram remittentis securitatem praestandam obstrictum esse. Iam quaeritur, num cambialiter ideo contra eum procedi ipseque, et si eo nomine cambio se haud obligauerit, custodiae dari iure queat? Ego quidem ad hanc quaestionem aiendo respondere haud dubito, quod scilicet ad ea loca attinet, vbi obligatio cambialis custodiam debitoris secum fert,

fert, eaque in re consentientē habeo SIEGELIVM in d. Einl.
z. Wechselrecht, II. 2. 10.

IX. Similiter trassans accepto pretio in exhibendis litteris cambialibus moras necens, vt stet promissis cambium que remittenti exhibeat, iis certe locis, vbi hic etiam solvendi pretii causa carceri mancipari potest, (etsi lege diserta eam in rem destituamur) itidem carceris molestia adigi possiveatur, idque non modo, vt fides inter mercatores maxime seruetur, eoque ipso commercia promoueantur, sed etiam ideo, quod nihil magis aequitati congruit, quam editum illud praetorium: *quod quisque iuris in alterum statuit, ut ipse eodem utatur.*

X. Is, qui litteras alieuius cambiales trassatas vltro acceptauit, soluta pecunia contra trassantem, etsi hic illi sese nullo modo obstrinxit, cambialiter agere eiusque custodiā petere potest, idque iterum fauore commerciorum; quo iure contra trassatus vi mandati in litteris cambialibus expressi has ipsas acceptans haud fruierit. En verba Ord. camb. Lips. §. 17.

DCL
17
Wenn nun solches geschehen, und die Bezahlung erfolget, soll der Acceptant dem Iuhaber des Briefs in allen Rechten und Zusprüchen, ohne einige Ordre und fernere Cessio[n], ipso iure substituirt seyn, entweder an dem Trafſirer, oder an demjenigen, dem zu Gefallen er den Brief honoriret, das Kapital und sämtliche Unkosten wieder zu suchen.

XI. Quodammodo hoc etiam pertinet aquallum, (i. e. fideiussio pro debitore cambiali, ipsis litteris cambialibus subiecta,) de quo alibi (*Aduerfar. Lib. III. cap. 1.*) vberitus exposuimus. Etsi enim fideiussor eam in rem cambialiter sese haud obligavit, nihil tamen minus (certe apud nos)

XVIII

debitore non soluente, hoc licet haud excusso, fideiusoris custodia iure decernitur. Ita enim sanxit O. R. in App. f. 18.

Auf gleiche Weise ist es auch zu halten, wenn jemand unter einem von dem Andern an den Dritten ausgestellten Wechselbrief schreibt, daß im Fall der Aussteller desselben die Zahlung nicht leistete, er selbst bezahlen, und dem Kreditor Vergnügung thun wolle, ob er gleich nach Wechselrechte ausdrücklich sich nicht verschriven.

XII. Nescio, an adiiciam, illum, qui post contractum debitum cambiale eodem a creditore nouum sumit mutuum, idque adiecto tempore cum acceptae, tum restituenda pecuniac, sub cambio antea dato adnotat, etiam quod ad novum hoc aes alienum attinet, creditori cambialiter obstrictum esse, et si cambii nullam plane mentionem fecerit. Ita scilicet praecipit O. R. in App. f. 17.

Hiernächst soll derjenige, der einen Wechselbrief ausge stellt, und hernach unter denselben, daß er von dem Kreditor noch eine andere gewisse Summam, mit Meldung der Zeit, wenn solches geschehet, und die Wiederbezahlung erfolgen solle, anmerkt, und seinen Namen unterschreibt, ob er gleich des Wechsels, oder Wechselrechts keine weitere Meldung thut, jedennoch auch die in solcher Anmerkung enthaltene Summe nach Wechselrecht zu bezahlen verbunden seyn.

Ceterum iis, qui rigorem cambiale ferre plane nequeunt, iam alibi, ni fallor, satisfecimus²⁾, neque nanc lectoribus nostris cramben recoclam apponere lubet. Finimus

(2) In Proclus. pro rigore cambiali contra Caicam. Filangierium, inserta Miscellaneorum. meor. Libr. sing.

XIX

mus igitur verbis RIVINI l. c. §. 35. Fortasse e commodo
reip. foret, et ad stabilendam fidem publicam, immo re-
vocanda commercia maxime conduceret, si indistincte qui-
busuis instrumentis obligatoriis, vt et assignationibus, ea-
dem vis idemque effectus ac solleminibus litteris cambialibus
tribueretur, quod anno 1705. in Anglia consensu utriusque
Parlamenti factum esse accepimus.“

Sed indicenda nunc sunt sollemnia inauguralia

CANDIDATI DOCTISSIMI
IO. FRIDERICI HERRMANNI

I. V. BACCALAVR

qui sua de vita, laudabiliter adhuc acta, ipse his verbis ex-
posuit:

Natus sum in Castello Koenigstein anno huius seculi LXI,
ipsis Calendis Maiis, parentibus honestissimis, patre IOANNE
FRIDERICO, tunc temporis Capitaneo, dicto castello claudendo
praeposito, (Schlusscapitain), posthaec Supremo Locum tenente,
et militum Semiannualorum cohortis, quae oppidum Barby tenet,
praefecto (Obrist-Lieutenant, und Commandant der Halbinva-
liden Compagnie zu Barby) — et matre ERDMVTHA SO-
PHIA, ANDREAE illius BEYERI, qui de iurisprudentia ecclesia-
stica Saxoniae bene meruit, filia. Utrumque parentem optimum
et patrem quidem iam anno Seculi nostri LXXIV. praematuero ni-

C 2

mis

mis acerboque inibi fato, matrem vero superiori anno diem obiisse, habeo sane, quod vehementer doleam. Gratissima enim mente reueluo curas, et vigilias, quar in me educando formandoque, quantum in ipsis fuit, anxie impenderunt. Mortuo patre bonam istius curae partem in se suscepit SEYDELIVS, Rector tunc Scholae Barbyensis, nunc vero Pastor apud Vehelicenses meritissimus. Is enim, post domesticos quosdam praecceptores, fere prius fuit, qui me ad intimorem cum Misis familiaritatem adduceret, et litterarum rudimentis indefesso pariter ac felici studio imbucret. Vix igitur a me impetrare possum, quin tam publice profitear gratissimi animi sensum, quem huius Viri recordatio nullo tempore non habuit atque habitura est comitem. — Sic praeparatus sub finem anni huius Seculi LXXXV. receptus sum inter Alumnos Scholae Provincialis Miseneris, ubi saluberrima b. GOTTEBERI, b. CLEEMANNI, MÜLLERI, TZSCHVCKII, SCHREGERI, b. KLIMMII, et LVDICKII institutione in omni humaniorum litterarum parte et rebus Mathematicis sic profeci, ut anno LXXXI. Lipsiam adire, ibique a Rectore Academiae Magnifico b. CLODIO, numeris ciuitum Academicorum adscriptus, maturiori cum iudicio ac fructu praelectionibus interesse potuerim, quas tunc temporis habuerunt super rebus ad philosophiam et Mathe-
matis pertinentibus SEYDLITIVS, PLATNERVS, WIELANDIVS, et GEHLERVS, super historicis disciplinis WENCKIVS, WIE-
LANDIVS et HILSCHERVS, et in uniuersum iurisprudentiae am-
bitum

bitum Viri constitissimi b. de WINCKLER, b. SEGERVS, b.
 SCHOTTVS, S. R. BAVERVS, KENDIVS, BIENERVS, SAM-
 METIVS, et EINERTVS. Inprimis vero tunc felicissime mihi
 contigit, ill. BIENERO, P. P. Ord. Cur. Prou. et ill. Idor. Ord.
 Afforti, a manibus, et famulitio Academico esse, quare, ut sin-
 gularem, qua is me amplexus est, benivolentiam, liberalemque in
 me adiuando operam publicis laudibus, gratisque iamiam profe-
 quar, pietas exigit. Studiis Academicis rite absolutis sub praefi-
 dio modo laud. BIENERI disputationem a me conscriptam: de
 Sanctitate iurium, ciuibus delictorum reis ex statu ho-
 mini connato adhaerentium, Calend. Octobr. anno hu-
 ius Seculi LXXXIV. publice defendi, et paulo post examen,
 quod pro Candidatura et praxi vocant, subii, quo superato ab
 illustri ICtor. ordine iuris utriusque Baccalaureus, moxque a Co-
 mite Palatino Notarius creatus, et a Summo Regimine Electorali
 confirmatus sum. His peraldis anno LXXXV. cur. sec. Dres-
 dam me contulsi, ubi anno inseguenti in Matriculam Advocatorum
 relatus sum. Hoc ipso anno in lucem prodire iussi libellum anonymice
 conscriptum, cui rubrum est: Versuch einer näheren
 Anleitung zur gründlichen Absaffung der Vertheidigungs-
 schriften für peinlich Argeschuldigte etc. Dresden und Leip-
 zig 1786. 8. bey Breitkopf — cuius me autorem profiteri iana
 publice liceat. Paulo post scripti diatriben: Ueber die Natur
 und Grenzen der richterlichen Willkür bey Anwendung

XXII

der Strafgesetze nach Grundsätzen der Vernunft, der Römischen, Carolinischen, und Sächsischen peinlichen Rechte, auch in Mitbeziehung auf die bei einer neuen peinlichen Gesetzgebung deshalb zunehmenden Maasregeln, quae inserta legitur dem Archiv für die Rechtsgleichsamkeit von Hagemann, und Günther, Tb. I. p. 71. squ. Braunschweig 1788. 8. — Inter has ipsas vero lucubrationes plurimam et a pluribus abhinc annis omnem causis in foro perorandis, et iurisdicitioni in pagis exercendae nauauit operam.

Iam ad altiora progressurus nos adiit, vtque summi in iure honores in se conferantur, petiit. Cui desiderio, postquam in examine, quod vocant, rigoroso Collegii expectatio*n* omni ex parte satisfecit, cum deesse haud potuerimus, vt publice etiam de eius profectibus constet, proximo die Mercurii in auditorio Iectorum hora a meridie II. 4. r. C. de precar. et salu. interd. interpretabitur, mox autem a. d. XXV. huius mensis hora IX. codem loco *Diss. de iuribus et obligatiōnibus vidui Saxonti*, qui testamento uxoris fideicommisso grauatus est uniuersali fine praefide publica defender, quo facto *vir illius* atque *excellētiss. Dn. D. CHRIST. RAV.*, *Suprem. Cur. Provincial. et Ord. Idor. Assessor, Institutionum Prof. Publ. Ord.* fautor et collega honoratissimus, cui ex eiusdem Ordinis decreto promotoris munus delegauit, summos in iure honores cum omnibus priuilegiis atque iuribus huic dignitati adnexis, sola spe ad sessionem in Collegio nostro adipirandi excepta, ipsi tribuet atque concedet. Quam sollemnitatēm vt *RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, PRINCEPS SERENISSIMVS, COMITES ILLVSTRISSIMI, VTRIVSQVE REIP. PROCE-*

XXIII

PROCERES GRAVISSIMI, CIVES denique GENEROSISSIMI
NOBILISSIMIQUE praesentia sua honorifica splendidiorem
reddere velint, enixissime rogamus.

Sc. Lipsiae Dom. IV. post Fest. Trin. MDCCCLXXXIII.

Ex OFFICINA KLAUBARTHIA.



Becker's Gvätzam! Cura huiusque Genitioseis
Kosmischeribus bissexuatu' sive pomo' a' pleyadijfectu'
narratio' vniuersitatis etiam
Se Triplex' ior' IV. hoc l'et' Th'ri MDCCXXXIII.


X. OFFICIA MUNICIPALIA.



Leipzig, Diss; 1793

ULB Halle
004 350 43X


3



f TA-202

hier Seite 6. bisher vermisst

KDP



10345. 1793, 23.
PROCANCELLARIUS
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D

CATHEDRALIS ECCLESIAE MARTISBURGENS. CANONICVS CAPITULARIS
COD. PROFESSOR ORD. COLLEG. ICTOR. SENIOR, ACADEMIAE DECEMVIR

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA
PRAECLARISSIMI CANDIDATI
IOANNIS FRIDERICI HERRMANNI

I. V. BACCALAVR

ET CAVSARVM PATRONI

A. D. XXV. IVN. CCCCCXCI

PVBLINE CELEBRANDA

INDICIT